DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

PNEUMONIA.

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
PNEUMONIA.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS. T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;
Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

S. HEMPHILL.
HIBERNUS;

Peritura parcite chartæ.

Ad Diem 25 Junii. horâ locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBAT C. STEWART
ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS.

1804.

PATRI CARISSIMO

EDVARDO HEMPHILL, M. D.

NEC NON

AVUNCULO DILECTO

JOHANNI HEMPHILL

CHIRURGO,

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

QUALESCUNQUE

SACRAS

VULT

S. HEMPHILL.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

PNEUMONIA.

AUCTORE S. HEMPHILL.

ACADEMIÆ legibus obtemperans, pauca, de Pneumonia ſcribere, in animo ſtatui.

Inflammationem, pulmones, et πλευρας plicas omnes (in latiſſimo ſenſu ſumptas) invadentem, hoc ſub nomine, tractare volo. Varietates, hujuſce morbi permultas, antiqui delineavere; attamen celeberrimus Cullen, inflammationis ſedem di-

 gnoſcere,

rignoſcere, admodum impoſſibile, putat; nec ſi potuerimus, arti profuturum, exiſtimaſſe videtur; modus enim tractandi, in omnibus idem eſt; more igitur, philoſophi illius Locke dicentis, "Whatever ſubject we examine, and would get "knowledge in, we ſhould, I think, make as "general, and as large, as it will bear.*" Variationes, haſce innumeras, et quaſi futiles, negligere decrevi.

Etſi tamen, Διαγνωσιν certam, depingere non poſſumus; nihilominus, facile dignoſcitur, utrum, inflammatio, pulmonem vel membranam, majore vi adoritur; et hinc medici, in ſpecies duas, morbum dividere ſolent; nempe, Pleuritidem, et Peripneumoniam, quorum nomina, ſedem, quam clariſſime, indicant. In morbi igitur deſcriptione, ſpecies has notare, omnino neceſſarium videtur, præſertim, ut altera, ab alia, ſymptomata

* Conduct of the underſtanding, ſ. 30.

ſtomata quædam quodammodo diſcrepantia, habet; primo igitur, Pleuritidem deſcribamus.

PLEURITIS.

Ita definit Cullen; "Pneumonia, pulſu duro; "dolore plerumque lateris, pungente, ſubinſpira-"tionem præſertim aucto; decubitu in latus mo-"leſto; tuſſi dolentiſſima, initio ſicca, poſtea "humida, ſæpe cruenta.*" Morbi hæc ſpecies, ſolitis Pyrexiæ ſignis, ſcilicet, caloris augmine, pulſus frequentia, multiſque aliis, (præcedente rigore) plerumque incipit. Brevi poſt tempore, (quamvis nonnunquam, a principio inſtat), quandam thoracis partem, præcipue coſtam circiter ſextam vel ſeptimam, dolor ab inſpiratione multum ingraveſcens, adoritur acutus; quidam, latus dextrum, præ altero invadere putant;

* Noſologia Methodica.

tant; fed hanc, non (nifi quoad pulmonis molem) obfervatio firmat. Dolor hic, nunc quaquaverfum intendit, et celerrime augetur, aggreditur nunc quoque tuffis molefta, quæ vehementiam doloris, augere videtur; ægris, expectoratio, non omnibus eadem, fed in initio, plerumque parca eft, et fanguine tincta; dyfpnœa, affiduo adeft, cujus caufa prima, (in hac fpecie) dolor acutus eft; qui, primo, ab inflammatione oriens, nunc, fua vice, illam, augere videtur; febris quoque, vires acquirit ab illo; nunc, in latus alterutrum, æger difficillime cumbit; pulfus ab initio plenus, durus, et velox; alvus, foluta nimis nunc, nunc maxime aftricta; fymptomata fupra memorata, donec ad ακμην devenit morbus, augentur; abhinc, abire incipiunt; expectoratio facilis, et quantitate aucta eft; fudor benignus, nonnunquam, apparet, vel diarrhœa. Urina, perfæpe, fedimentum deponere obfervatur; pyrexiæ fymptomata, minui videntur; pulfus, ad vim, et velocitatem redit naturalem; virefque priftinæ, recuperatæ funt.

PERI-

PERIPNEUMONIA.

Definitio, "Pneumonia, pulſu non ſemper "duro, aliquando molli, dolore thoracis obtuſo; "reſpiratione perpetuo difficili, ſæpe non niſi "trunco corporis erecto exercenda; faciei tu- "midæ, purpureo colore; tuſſi plerumque hu- "mida, ſæpe cruenta.*"

Pneumoniæ, ſpeciei hujuſce, Peripneumonia ab auctoribus nuncupatæ, ſymptomata, nonnihil, a priori, abeſſe videntur; dolor in hac, obtuſus, et magis diffunditur; levis quoque nonnunquam, vel mera oppreſſio; pulſus nonnunquam mollis, nec velocitate auctus; dyſpnœa, ut in priori aſſiduo adeſt; ſed in hac, major, et congeſtione magnopere pendens. Species hæc, ut altera, finem, ſymptomatibus decedentibus, expectoratione

* Noſologia Methodica.

expectoratione, diarrhœa, ſudore, vel urinæ ſedimento, comitante, petere videtur.

Hiſtoriam ſupra memoratam, uti ſymptomata obſervantur, morbo ſponte et benigne deſinente, delineare conatus ſum ; omnia tamen, non ſemper adſunt, et nonnunquam quamplurimum variant ; ſed, hanc terminationem perraro accidere, nec dictu neceſſe, et nunquam expectare oportet ; plerumque enim, ad finem haud fauſto omine, (ni vetant remedia, mature et ſtrenue adhibita), perducitur ; in morbo leniori, ſymptomata ſæpe ſponte evaneſcere, cadaverum ſectione ſatis patet ; ſed tantum de morbo tam exacerbato, ut medico opus eſt, hoc loco agitur ; finem infauſtum, aditurus, varia (prout terminationes variæ) ſymptomata, induit ; et has enumerare, haud abs re fore, duco ; inflammationis terminationes præter ſolitas, unam, ſibi propriam, habere videtur Pneumonia ; nempe, effuſionem ſanguinis, vel glutinis cum ſanguine mixtæ, in pulmonum cellulas aërias, et ſic, morbo lethali,

plerumque

plerumque terminatur; faciei lividitate, urgente dyſpnoea, celeritate, exilitate, et nonnunquam irregularitate pulſus, et ægri, ad poſitionem horizontalem averſione, dignoſcitur. Sub mortem, expectoratio minuitur, et ſuffocatio fit. Terminatio alia, utplurimum lethalis, ſuppuratio eſt; quæ, ſi vomica permagna adſit, ſuffocatione, vel empyemate, ſæpiſſime deſinit; ſi non, pure expectorato, ægrum relinquit morbus, vel, quod perſæpe accidit, phthiſis pulmonalis ſymptomatibus, perit miſer. Per ſuppurationem, terminatio, rigoribus plerumque comitantibus, doloris ceſſatione vel materiæ purulentæ expectoratione, dignoſcitur. Gangræna, nonnunquam morbum claudere videtur, ſed admodum raro, et cum effuſione conjuncta, utplurimum invenitur. Hydrothorax, terminatio alia periculoſa eſt; et, ut opinatur Saunders, preſſione, venis admota, maxime adjuvatur; ſi lente effunditur ſerum, coagulat, et adhæſiones, ſectione cadaverum tam frequentiſſime inventas, producit; ſcirrhoſitates parvæ, et tuberculi, nonnunquam, poſt mor-

tem

tem, pulmonibus inventi fuere, hujus, ſic teſtimonium facit Van Swieten; "Scirrhoſos pul-"mones, aliquoties vidi in cadaveribus; et "plurima, hujus rei exempla, in hiſtoria medica, habentur*." Scirrhomata hæc quoque, preſſione, Hydrothoracem producere poſſunt. Hæc ſunt terminationes Pneumoniæ periculoſæ; et ni mature reſolvitur, unam alteramve, expectare licet.

CAUSÆ.

Ut medici, inter cauſas morborum, diſtinguere ſolent, et nulla cauſarum diviſio, utilior mihi videtur, illa, in prædiſponentes, et excitantes, has enumerare, nunc accingam.

Cauſæ prædiſponentes ſunt, primo, corpus robuſtum, et ad plethoram aptum, vel ut medici dicunt,

* Comment. in Boerhav. Aphor. 843.

dicunt, temperamentum ſanguineum. Secundo, ætas, a pubertate, uſque ad triginta quinque, vel amplius, annorum, ſed omni vitæ tempore graſſari poteſt, ut teſtatur experientiæ permagnæ hujus academiæ profeſſor, qui, in prelectionibus de medicina practica, virum ſe vidiſſe, ſeptuaginta annos ſuperantem, et puellam trium tantum annorum, venæſectione, Pneumonia, levatos, dicit. Tertio, Cælum. Viciſſitudines morbo favent. Quarto, Conſuetudo. Virum, in vicinia novi, quem, decem annis præteritis, decies, vel amplius, Pneumonia graſſata fuit.

Cauſæ excitantes ſunt, Primo, Quicquid, ſanguinis impetum, in toto corpore, vel in pulmone, augere poteſt: ut, exercitium validum, pocula crebra, vaporum acrium inhalatio, vocis exercitium, vel anhelatio, ut in muſicis.

Sed, cauſa frequentiſſima eſt, frigoris applicatio. Quomodo effectum producit?

Ut de caufa proxima, ut vocatur, medici inter fe confentire non poffunt; de illa, hic, nil dicere audeo.

DIAGNOSIS.

Inter fpecies Pneumoniæ varias dignofcere, ut antea dictum, non operæ pretium eft; a catarrho, febris violentia, et coryza pofteriorem ut plurimum comitante, dignofcitur; a dyfpnœa alia, febre, et dolore ab infpiratione aucto; in cordis inflammatione, pulfus, magis durus et velox, lividitas faciei ut plurimum abeft, nec tuffis, infpiratione tam maxime inftat; et fic diagnofis fumenda. Ab inflammatione hepatis diftinguere, admodum difficile, nec femper, ut vereor, fieri poteft. Doctor Saunders, fymptomatibus quibufdam hepatitis defcriptis, ita ait, "Under thefe circumftances, a troublefome "cough, with difficulty of breathing, comes

"on,

" on, ſo that the diſeaſe aſſumes the appear-
" ance of thoracic inflammation*." In hoc caſu, ad vultum, habitumque ægri, reſpicere fas eſt.

PROGNOSIS.

Inflammationis cujuscunque periculum, partis affectæ, ſitu, formatione, ad vitam neceſſitate, et officio, multum pendere, cuiquam facile patebit; hinc, in Pneumonia, prognoſis, ſemper non nihil infauſta; numero quoque, et violentia, ſymptomatum, partim pendere videtur; ſymptomata hujuſce morbi pejora ſunt. Primo, Dyſpnœa; hujus ſeveritatem, reſpirationis velocitas, lividitas faciei, (a male oxygenato ſanguine) et poſitio corporis ſatis clare indicant. Secundo, Febris; cujus vehementia dignoſcitur pulſu arteriarum, corporis calore aucto, et nonnunquam delirio, quod ſymptoma peſſimum. Tertio Dolor,

* Saunders on the Liver, p. 204

Dolor, (distentione partium, ab inflammatione irritabilium, oritur dolor, uti docet violentia, tussi, vel inspiratione plena, aucta) dyspnœam augere videtur; et si vehemens, morbum malæ indolis minitat. Quarto, Tussis. Corpus totum, thoracem præcipue, agitare videtur tussis, dolorem auget, et hinc, dyspnœam, febrem, &c. præterea, quod pessimum, somnum levem avertit; si sicca, malum, excreatione copiosa, ut plurimum, resolutionem comitante. Hæc sunt symptomata, medici attentionem præcipue attrahentia, et ab horum numero, et violentia, prognosin ducere debemus; ad res alias, attentione simul habita; quarum, præcipuæ sunt, morbi tempus et tractatio; in initio namque, si urgerent symptomata mala, et remedia potentia forte adhibita, resistere viderent; in vado, res est; sed plerumque, si morbo occurrere possimus novo, nec prognosis infausta; vel, ut notat Sydenham, "Morbus hic tametsi infamis, et "plerisque aliis suapte natura, periculosior,

"tamen

"tamen, si perite tractetur, facile vincitur*." Ætas, et ægri conditio, respicienda quoque; denuo, nunquam sine periculo, et si negligeretur, donec effusio, vel suppuratio fit, prognosis pessima.

TRACTANDI MODUS.

Nullum in corpore humano, officium magis necessarium, agit viscus; nullum a formatione et usu, magis morbo, (inflammationi præsertim) obnoxium, pulmone; sanguis corporis venosus, ad cor dextrum rediens, inde, ad pulmones, per arteriam pulmonalem, pellitur; mutationes, acquisiturus, vitam caloremque sustinendo aptum, reddituras, et forte etiam, pulmonum nutritioni inserviens, inde ad cor sinistrum, perducunt venæ pulmonales, per totum corpus, arteriis, pellendum; præterea, arteria bronchialis, ab aorta ut plurimum oriens, sanguinem, ad pulmonis

* Obser. Med. p. 264.

monis nutritionem, adferre videtur. Denique, ſubductis calculis patet, momentum ſanguinis, arteriæ pulmonalis ramulis minutis, multo, ſuperaſſe aortæ ramis, et hinc concludere fas eſt, inflammationi, apprime obnoxios eſſe pulmones, et omnes illorum affectiones, vel leviſſimas, periculoſas, et ſummis viribus, averti debere. Ut pulmo ad vitam admodum neceſſaria, et vel, brevi tempore, nec ceſſare licet, ſed cum vitæ diſcrimine, indicatio prima eſt, inflammationi occurrere; ſecunda, febrem compeſcere, et feliciter, remedia in hanc uſurpata, alteram tollendo, efficacia deveniunt, et in duas claſſes, dividi ſolent, nempe, generalia, et topica, de quorum ſingulis, pauca dicere, nunc properabo.

Remedia generalia, ſunt; ſanguinis emiſſio, cathartica, ſedantia, diaphoretica, refrigerantia, diluentia, et reſolventia: topica ſunt; *Epiſpastica*, ſanguinis emiſſio topica, expectorantia, et fotus.

SANGUINIS

SANGUINIS EMISSIO.

Venæſectioni, inflammationem amovendo pulmonis præcipue, ubi reſolutio ſemper tentanda, maxime fidendum; nullum aliud equidem, a ſeipſo ſufficere, remedium, exempla plurima funeſta, monere videntur; quum ſinant igitur, ægri vires, nil moræ locus eſt; de quantitate, ad morbi ſolutionem neceſſaria, inter antiquos, jurgia plurima; ſed animo verſanti patebit, regulas omnes fallaces, nullam equidem nunc medici admittere videntur, præter ſymptomatum (dyſpnœæ præſertim) ſeveritatem, qua ſemper dirigi oportet; nunc venæſectio una aut altera morbum tollere videtur, nunc, octo vel decem, nec ſufficiunt; de quantitate, una detrahenda, præcepta forte ſequentia Culleni, optima inveniuntur, " In an adult male, of tolerable ſtrength, " a pound of blood avoirdupois, is a full bleed-

" ing

"ing; any quantity above 20 ounces, a large, "and any quantity below twelve, a ſmall "bleeding*," et repetatur, pro re nata, ad morbi reſolutionem, vel donec ad ſuppurationem, vel aliam terminationem prohibentem, perveniſſe videtur. Si una, nec detrahi poſſit quantitas neceſſaria, ob deliquium, vel convulſionem, venæſectiones duæ, vel tres, eodem die requirantur. In Peripneumonia, pulſus ſæpe mollis, oppreſſus, vel debilis, et illic caveatur medicus, ne a ſanguinis detractione, deterreat; namque, tam neceſſaria, quam, in pleuritide acuta; in hoc caſu, ad dyſpnœam, et ſanguinem, jam forte detractam, reſpiciatur. De modo, ſanguinis detrahendi, nil dictu neceſſe, niſi, ut pleno rivo, ex largo vulnere, fluere præſtat; hanc, Sydenham, ſic, ſtrenue ſuadet, "Neque, æger, ab iſtiuſ-"modi ſanguinis miſſione, perinde levatur, ac ſi "modo primum deſcripto, fluat†." Si, ad deliquium

* Firſt lines.

† Obſerv. Med. p. 264.

liquium animi, æger obnoxius ſit, poſitio horizontalis, quandocunque avertat; hujus rationem et remedium, tam lucide tractat Keill, ut non poſſum, quin ejus verba ſubjungam*. Hic, fortaſſe notari debet, aquæ frigidæ affuſionem, nunquam, in morbis inflammatoriis,

* "If this elaſtic power of the veſſels is ſtrong and great, then, as the blood is let out, the arteries of the pia mater contract and are kept full, as well as the coronary veſſels of the heart; and, conſequently, there is neither blood nor ſpirits wanting for performing the motion of the heart; but it happens juſt otherwiſe, when this elaſtic power of the veſſels is wanting, that is, to ſuch as have ſoft and looſe fleſh, a lax and cachectic habit of body, and, therefore, when they require bleeding, it is convenient to ſtop the blood at ſmall intervals, to give the veſſels time to contract, before the full quantity that is deſigned be drawn off; and, if they are ready to faint, the ſurprizing them, by throwing cold water in the face to cauſe a ſudden contraction, and the putting them into an horizontal poſture, that the veſſels of the brain may fill, and the blood from all the depending parts, have more ready reflux, does prevent it."—*Animal Economy*, p. 6.

riis, tuto exhiberi posse. Hactenus de modo; sed quoniam, in casibus quibuscunque, cautelæ aliquæ necessariæ sunt; pauca de illis dicere, haud abs re fore, duco. Pneumoniæ species est, quæ, a clarissimo Home, maligna, nuncupatur; cujus symptomata plurima, debilitatem, vel ut vocatur putredinem, indicant; et ut ejus verbis utar, "Sanguis dissolutus, lividus, "sine crusta alba; eruptiones rubræ, vel, lividæ "petechiæ*." Hac specie, venæsectiones, præcipue repetitas, nocere, nil mirum; et sagacissimus idem auctor, optime monet, "Nocent epispastica, et venæsectio, nisi adsit pulsus firmus, præcipue, si repetatur†." Speciem eandem, notasse videtur Huxham‡; et dicit, scorbuticos, præcipue nautas, adoriri. Sed, morbus admodum rarus, utpote nunquam talem vidisse, professor noster Gregory fatetur; in

* Principia Medicinæ.

† Ibid.

‡ On fevers.

in hac, si ulla, antiseptica prosint; ut acida, vinum, et cinchona; terminatur ut plurimum, effusione gangrenosa. Caveatur etiam, quum, febre typhodi, vel synocho contagioso, conjungitur morbus; denique, si suppuratio, vel effusio, inciperit, mortem accelerare potest.

CATHARTICA.

Alvum solutam servare, in Pneumonia, vel morbo quolibet inflammatorio, momenti permaximi, res est; et duplice modo absolvitur; nempe, enemate, vel carthartico; pro enemate, injiciatur quantitas sufficiens decocti anthemidis nobilis, salibus catharticis pro re nata imbuti; in scopum alterum, præstant medicinæ leniores, uti oleum ricini communis expressum, infusum tamarindi indici cum cassia senna, electuarium cassiæ sennæ, vel fistulæ, &c. Sed, ut cathartica fortiora, eodem modo, uti sanguinis emissio, agere videntur; inter medicos, quæstio fuit, anne

anne morbi curationem, in toto, illis confidere, tuto potuissent; et hinc, quum venæsectio, a causis quibuslibet, adhiberi nequit, ad illa confugitur. Sic tractatum, et eventu fausto, se vidisse, ægrum, in prælectionibus de medicinæ praxi, ait professor Gregory; sed expectorationem minuere, observantur; et plus incommodi, quam utilitatis, habent; venaesectio igitur, si nil vetat, multo anteferenda.

SEDANTIA.

Classis hujusce medicaminum, multa, inflammationis curatione, celebrata fuere; præcipue, digitalis purpurea, et papaver somniferum; sed memoratu dignum, stimulantem, fere semper antecedere, effectus sedantes, saltem in illis, inflammationis curatione maxime usitatis, et hinc morbo novo, dum sævit inflammatio, quandocunque nocere; præsertim, si (ut sæpe accidit) quantitate parca, et sæpe repetita, exhiberentur. Observatio

ſervatio hæc, quoque obtinet, ſtimuli illius hydrargyri uſu, quo, vel hepatitis, nonnunquam aggravatur; digitalis tamen, effectibus, in ſyſtema ſanguiferum et forte uriniferum miris, in caſibus Pneumoniæ quibuscunque, præcipue iis venæſectionem prohibentibus, vel quum minitat phthiſis, ſæpe, a medicis celeberrimis, feliciter adminiſtrata fuit; ſed, in initio morbi, Beddoes ipſe, qui, modum agendi ſcrutavit, et morbis nonnullis, feliciſſime uſus eſt, prohibet. Ad tuſſim, (irritationem noxiam creantem, et ſomnum avertentem), ſedandum, papaver ſomniferum, apprime efficax invenitur; ſed, in initio morbi, caute adminiſtrandum, ut hactenus dictis patet; caveatur præterea medicus, ne, ſymptomatum propter remiſſionem, ſpe fallace, hallucinaretur, et remedia fortiora, negligeret. Formula, forte anteferenda, eſt illa, tinctura opii ammoniata, dicta, et commode, julapiis mucilaginoſis, miſceatur. Eadem intentione, quandoque adminiſtratur hyoſcyamus niger; et propter

effectus

effectus laxantes, quum alvus astricta, opio anteferendus.

DIAPHORETICA.

Inter pulmones, et corporis superficiem, sympathiam permagnam existere, observatum est; et causa Pneumoniæ (frigus) frequentissima, perspirationem minuendo, pollens admodum videtur; hinc, ad usum diaphoreticorum, medici trahebantur; sed lenioribus tantum, uti præstat; ut frigori maxime obnoxios, sudatio facit. Antimonii, preparationibus uti, mos erat; sed, ne vomitum cieant, metus est; ad alia igitur, confugiendum, qualia sunt, acetis ammoniæ, vel potassæ, acida vegetabilia, potus subtepidus, &c.

REFRIGERANTIA.

In hunc scopum, uti licet acidis et salibus neutris, ut acetite, tartrite, supertartrite, et nitrate,

nitrate, potaſſæ, &c. remedia hæc, alvum ut plurimum ſolvunt; et hinc, quum aſtricta, ſemper uſurpanda.

DILUENTIA.

Sitis, in omnibus fere pyrexiis, irritatio admodum noxia eſt, et hinc, quum adeſt, ſemper ſedanda; hæc commode efficitur, potu aliquo tenuiori, grate ſubacido.

RESOLVENTIA.

Quando, inter hujus claſſis medicamina, a materiæ medicæ ſcriptoribus, enumeratur hydrargyrus; et quia, nec, ad ſtimulandi poteſtatem felices illos effectus, inflammationis curatione, a medicis quibuſdam obſervatos, aſcribere poſſumus, hoc modo (ſi ullo) prodeſſe, admodum probabile videtur. Sed quia nec fructus, mihi contigit

tigit obſervaſſe ; nil de uſu ejus, dicere conabor ; ut plurimum, forma boli, cum opio conjuncta, ſubmurias adminiſtratur.

EPISPASTICA.

Inter remedia topica locum certe primum, epiſpaſtica tenere merentur ; hac intentione, antiqui, corpora plurima corroſiva, applicare ſolebant ; ſed nunc, meloe veſicatorio ſolo, utimur ; cujus formulæ, in Pharmacopœia invenientur, et applicari debent, partibus affectis quam proxime fieri poteſt, et extemplo, venæſectione prima adhibita ; ſic enim, ſpaſmum relaxando, et revulſionem ut vocatur faciendo, ſanguinis quantitatem minuendo detrahendam, maxime efficaces evadunt ; et plerumque, repeti debent ; ſed, ſitu mutato, et parti dolenti quam proxime ſervato, veſicatoriis perpetuis recentium mutationi citæ multo inferioribus inventis. Si, epiſpaſtico ſuperveniret dyſuria, libere, liquoribus diluentibus

diluentibus demulcentibus, uti fas eſt; in camphoræ hanc levando, uſu, nulla fides.

SANGUINIS TOPICA EVACUATIO.

Sanguinis extractio topica, nonnunquam uſurpatur, et, quum venæſectio nec tuto adhiberi, vel repeti, poteſt, maxime utilis invenitur; ſed caveatur, ne epiſpaſticorum uſum effrænat, quod minime convenit; cucurbitulæ cruentæ, hirudinibus anteferendæ, utpote ſanguinem, magis rapide abſtrahentes; quarum modus applicandi, in ſcriptis chirurgicis invenitur.

EXPECTORANTIA.

Medicinæ permultæ, expectorationem ciendo, celebratæ fuere, præcipue, ſcilla maritima, ammoniacum, et antimonii præparationes, priores duo, ſtimulando nocent, et poſteriores, ne vomitum

cieant, evitandæ. Medicamina equidem emollientia dicta, sola, expectorationem promovendo, utilia evadunt; et, applicari solent, misturæ oleosæ, vel potius mucilaginosæ, forma, etv ersus finem, opii pauculo imbutæ; quum nil vetat, aqua, vaporis forma, multo efficacissima devenit; sed si ægre (quod nonnunquam accidit) fertur, omittere debeamus.

FOTUS.

Affectiones corporis partibus nonnullis, potentiis quibusdam applicatis, orientes, ad alias, per sympathiam non bene intellectam, communicari videntur; nunquam hæc, magis clare observatur, quam emollientium applicatione; aqua tepida, in multis partium corporis distantium affectionibus, uti calculo icterico, urinario, &c. externo corpori, cum successu, sæpissime applicata fuit; et symptomata, vi relaxante, partibus affectis communicata, levare videtur; vesicatoria

toria tamen, in hunc finem, quodammodo anteferenda. Quum convalefcit æger, caufas, (præcipue frigoris applicationem) caute evitet; et dieta tenui, quam plurimum vegetabili, utatur.

FINIS.

EX TYPOGRAPHEO ACADEMICO.